QVAE IN HOC opere continentur.

Maphei Vegij Lauden. Pompeana.

Epigrammata in rusticos.

Conuiuium Deorum.

Barth. Pōterolli iureconsulti Laudeñ Albula.


Bartho. Philippinei. Gaphuriani Nominis Assertoris in. Io. Vaginarium Bononieñ Apologia

Ad Præstantiss. Virum. Ant. de Fantis Theologum ac Philosophum Taruisinum

BARTHOLOMEI.PHILIPPI-NEI.IN MAPHEVM VEGIVM Laudeñ Poetam Clariſſimum,Endecaſyllabon

Lim ſuppetias Vegi Maroni
Gratas,Altiloquo pie attuliſti.
Auri,robora,ſolis,atq; Terræ
Scripſiſti Eloquio Vegi ſoluto,
Fleuiſti Aſtianacta,matris o quam
Belle triſtitiam,grauemq; Sortem,
Tuis Carminibus,tuis camœnis,
Es Iam dudum imitatus,en per ora
Centeni uolitant Virum labores
Qui te multijugo fuiſſe monſtrant,
Ornatum ſtudio uirum,tuumq;
Oſtendunt animum Deo dicatum.
Te romana gemunt Vegi theatra,
Te latina gemit modo Iuuentus
Præreptum:quoniam grauis:diſertus,
Et ſanctus fueras uegi:camœnæ
En ſitum,& tenebras tuæ relinquunt,
Quæ in ſitu,& tenebris erant repoſtæ
Franchini auxilio,manuq; larga,
Debet ergo tibi Vegi Iuuentus,
Debet Gaphurio ſimul,labore
Cuius clara uirum uolas per Ora.

Maphei uegii laudensis pompeana Incipit


T possē uarios ꝓfugus mulcere dolores
Ingentes q; aī pœnas distinguere neruos
Institui, & tentare lyram iam tp̄e longo
Insuetā, casus q; graues, et tędia magnis
Mixta referre malis, & quos auferre negatum est
Percussis saltem fidibus traducere soles,
Q ui dulces resonare modos & carmine tardum
Fœlici uacuare diem, noctis q; canendo
Somniferræ condire uicem, uiridem q; solebam
Et teneram ætatem grato donare labori,
En pudor, ecce nephas, nec me crudelia mœstum
Carmina sollicitant, pœnarum magnus aceruus
Exoritur, nunc dura cano suspiria, surgunt
Nnnc gemitus, atq; ampla meæ fastidia uitæ
Nunc crudos moueo agriculas, rabidunq; furorem
Atq; auidas in furta manus, magnosq; ululatus
Grata ueni mors, grata aderis, quid tempora differs
Q uid cessas? miseramq; negas abrumpere lucem?
Grata aderis deposco ultro, properare quid ultro
Q uid dubitas? me me absorbens ulciscere, pœnas
Summe, sed immites dii dii crudelia fata
Crudeles cœli, crudelia sydera, tantos
An merui infœlix tam duros ferre dolores?
Non ego collatis corrumpere mœnia flammis
Aut tectis mandare faces, latii q; potentis
Nec uolui turbare uices & fœdera mundi
Non ego marmoreis excelsa palatia muris

Optaui,aut ualidis diſpergere tecta lacertis
Non patribus cæſis,dulcis pia uiſcera matris
Quæſiui effuſo nec cari ſanguine fratris
Non flãmis uitam in medijs,aut dente ferarum
Corripui paſſus ue cruci pendere,nec arma
In ſuperos ſcelerata trahens.bella horrida moui
Nec latos multa campos in cæde rubentes
Innumero q; hominum ſudantes ſanguine uidi,
Cur ergo innocuo crudelia fata nocetis
Quę nam horrenda tuli?que nam ſitis iſta nocẽdi?
Heu dolor,infelicem animam configite prorſus
Et miſeram media potius ſubmergite terra
Quid fatiam?piget,o,quantum meminiſſe beati
Temporis,illud enim ſuſpiria pectore ab imo
Ingeminat,nequeo q; pati,ſed ferre neceſſe eſt
Inuitus licet ipſe feram,proh ſydera,quæ nam
Quę fuit illa dies,qua primum limina mundi
Hæc tetigi,ferro potius præſcindere collum
Debuerat,cur non rabidarum preda ferarum
Factus ego,poſſem ne iſtas attingere pœnas
Iam iam mille aditus uariarum triſtia rerum
Fata renaſcuntur,cereris iam munus amarum,
Iam riget ore cibus,iam mixtus felle lyeus
Interiora rapit pro grato ſæpe liquore
Singultus lachrymas q; bibo,ſuſpiria iacto
Sydereos motura polos,conuitia miſcent
Larga dapes,cererem accuſo,cereris q; magiſtros
Aut bacchũ,aut carnes,poſitã q; ſine ordine menſã,
Et tacitos ſine honore lares,tum pectora pugnis

Percutio repetita meis, crudelitus ungues
Vltrices in fonte traho, nimis impia clamans
Sydera, & ingratum, qui res hominum quicesq;
Imperio regit, & mira ratione gubernat
O superum rex magne tonans, sic ne ista laborum
Præmia digna refers, studij solatia primi
Talia ferre Iubes? hæc gaudia? maxime cœli
Rector, ad hec seruatus eram fastidia? tantos
Debueram fortasse graues tolerare labores
Hec mea grata dies? hec est mea grata uoluptas?
Has mihi blanditias statuisti, o, iupiter ingens
Hos risus, & delicias? hec munera tantis
Circumfusa malis, qua nunc uos arte requiram
O socij, quo ue ore petam? mea gaudia quondam
Et uitæ spes ampla meæ? quę uos loca que nunc
Vel regio, uel terra tenet, quo sistere tandem
Orbe datur que nos fortuna indigna locauit
Diuerso sub sole uagos, succurrite quæso
Hanc inopem placate animam, solatia ferte,
Blanditias cumulate humiles, placidosq; uicissim
Et dulces, risus expectatos q; fauores
Accelerate iocos, faciles conuertite paulum
Huc oculos, blandiq; meos palpate dolores,
Et moti pietate caput de carcere tanto
Erripite infœlix, quid tantum me otia perdunt?
Cui mea uerba dabo? lapides & tecta loquentem
Accipiunt, uacuiq; lares, pateræ q; lyeo
Perfusæ, & tu flaua ceres, patuli q; canistri,
Vos muscæ, & pulices, mures, ranæ culices q;

Omnes turba nocens, rursum pecudes q; boues q;
Vos quoq; aratra meis tribuistis uocibus aures
Ii mihi sunt comites, istis sociantibus ultro
Tempus ago, quotiens iterum solatia progne
Garrula multa dedit. quotiens sub tempore rursum
Auroræ philomela soror stertentia mulsit
Pectora: melliflua quotiens cum uoce canentem
Audiui. cantus q; libens, & carmina cœpi.
Sæpe quidem mecum miserarum fata sororum
Atq; itis innocui sortem miseratus acerbam
Et patrem; & duxi facinus crudele tyranni
Vix gemitum. & lachrimas tenui. sic tempora fallẽs
Sæpe meos lacera reuocaui a mente dolores
Quin etiam catulum manibus tractare uoluptas
Magna fuit, dulces q; iocos, gratas q; mouere
Blanditias. placidum, tremula q; lacessere cauda
Hijs ego tempus ago, tales fastidia ludi
Diminuunt, tales socij mea uerba frequentes
Accipiunr, crebras q; adhibent sermonibus aures.
Ah quotiens inter cererem uel munera bacchi
Prętterita innumeris memini mea gaudia curis
Ingratumq; iouem, præsentia tempora uoluens
Ah quotiens largo mugitu, atq; ore uocanti
Cœlicolas q; omnes, quotiens crudos q; feros q;
Et dixi, & iuris iurandi, ut suaserat ardens
Ira, fidem iunxi, tum uero inflatus & igne
Terribilis rabie exspumans furibundus & amens
Exeo tecta, petens uel agros & gramina terræ

Aut riuos; & prata comis uiridantia pictis
Aut uites cinctas q; ipsis cum uitibus ulmos
Nunc hac nunc illac referens absq; ordine gressus
Nulla meos minuit canibus fera septa dolores
Non uisco uolucres, non hamo fallere pisces
Et licet in mediis defigere retia campis
Nulla quidem ad miseros ueniunt solatia casus,
Sed solus quo me ira uocat, per solis iniquos
Ardores feror hac illac tacita arua pererrans
Tum duro agrestes uersantes uomere terram
Inuenio, & duris longis q; laboribus ultro
Instantes scabros q; manu tractare ligones
Aut pictas cum falce comas. super æquora prati
Tondentes aliud q; alios. ut cura mouebat
Efficere, & placidam manibus damnare quietem
Atq; opere exacto cupido tamen addere uentri
Auxilium, & captare dapes. & fercula tantis
Digna uiris, quotiens risus & gaudia cœpi
Conuenisse uidens omnes ad prandia, in unum
Quos mores, & delitias, quæ dogmata credis
Afferri in medium? quæ pinguia munera demum
Quas dulces sapidas q; dapes, super omnia surgit
Larga Ceres, thetis est largissima, pocula bacchus
Rarus habet, ueniunt raptæ de uitibus uuæ
Caseus atq; nuces, & mixtis persica pomis,
Cætera de genere hoc, tum circum ex ordine fertur
Vas fago instructum, sitibunda q; labra uicissim
Humectant, sicco q; ferunt solatia uentri.
Interea incultos uersare ligonibus agros

Dulce fuit roſtros q; indoctis ferre lacertis
Ah quotiens longa ut faſtidia fallere poſſem
Tale opus aſſumpſi, noctem ſic ſæpe laceſſens,

Vreus heſperias iã ſol ꝑperare ſub undas
Incipit, & tenebrę terras & ſidera cœlum
Spargere: tum requiem, & poſitum ſine honore cubile
Expoſco, innumeras tunc uerſo in pectore curas
Et uarias ſub mente uices, dubios q; reuoluo
Fortunæ euentus, nec habet mea cura quietem,
Tunc grauia ante orbes oculorum põdera ſurgunt,
Hinc aliæ ueniunt paulatim ad tædia pœnæ,
Et quamuis molles ſint plumæ, ſaxa iacentem
Vel ſpinas, torquere putem, perſæpe reſurgo
Vt uideam quid ſit, nihil eſt tamen, inde recumbo
Stat uelut ante fuit, propriæ conuitia matri
Irata cum uoce fero, q; membra reponat
Compoſito diſtenta thoro, corpus q; proteruis
In plumis ſinat eſſe meum, tunc ſidera dico,
Effera, crudeles q; polos & numina, rurſum
Surgo, inſtant pulices, mordẽt, dant uulnera, ſcalpo,
Crura, manus uiolenta furit, ſcabies q; miniſtrat
Damna tenax, reſero tunc hoſtia, nigra tenebris
Nox tegitur, reſonant undæ, fluuijq; ruentes,
Inde thorum repeto, culicũ ſtant agmina, pũgunt,
Infeſtant, figunt ſtimulos, mordaciter inſtant,
Aut humeros aut crura petunt, aut crura laceſſunt
Morſibus aduerſis, corpuſcula ſanguine complent,
Nunc huc nunc illuc ſubeunt conamine toto,

Obſiſto, quatio q; manus & brachia laxo
Tunc mecum iraſcor, placido tunc poſcitur ore
Rex diuũq; hominum q; parens, & uoce fatigo
Auxilium, ſubeo q; thorum, tunc uentre ſupino
Diſtentus iaceo, dehinc uertor, & ora reuoluo
Aut latus incumbo, nunc hac nunc transferor illac
Nunc altus pedibus, nunc uertice, ſomnia feſſi
Grata negant oculi, feror undiq; mordeo plumas
Hec nimium meminiſſe pudet, tamẽ accipe quicqd
Dant ſæui immites q; Dei, tunc eleuor alte
Tunc cado, tunc iaceo reſupinus corpore nudo
Percutio me ipſum iraſcens conuertor ad imas
Partes, nunc ſummas repeto nunc ſæpe repono
In medio mea membra thoro, dormire negarunt
Me ſuperi, ſurgo, tunc blanda poemata canto
Et profugum æneam, latium, troiam q; potentem
Septrigerum q; iouem, magnorum & funera regũ,
Belligeros q; enſes, duri & certamina martis
Armatos q; uiros, atq; horrida bella mouentes
Et ueneris fraudes, cæci q; cupidinis ignes
Furtiuos faciles q; iocos, cupidos q; fauores
Hec mihi deffendunt uitam, faſtidia mulcent,
Gaudia reſtituunt. animo ſolatia præſtant
Ocia diminuunt, hec ſi mihi fata negaſſent
Debuerant & enim, uiuendi nulla profecto
Spes foret, interea ſtellas aurora nitentes
Depellit, nec nocte quidem mihi gratior ortus
Solis adeſt, ſomnos repeto proprium q; cubile
Sæpe quod in tenebris, & opaca nocte negatum eſt
Ah miſer, o, tantum doluiſtis fata dolorem

Dura pati? non tot capit altum sydera cœlum
Quanta fero, si sic uultis, sic ferre necesse est.

Væ uos ira mouet superi tam carcere sæuo
hoc miserῳ dānar caput? quo turbine magno
Mēs agitur, frenate animos, frenate superbū
Iuditium, mandate, libens ego iussa capessam,
Eripite a, cumulo pœnarum, & nomine tanto
Eripite a, tantis tenebris, o, iupiter audi
Magne preces, de rure trahas & transfer ad urbem
Transfer ad optatam patriam mihi redde penates
Atq; urbis concede lares, de ciuibus unum
Constitue, assuetam sociorum iunge cateruam
Tunc rapidum iratus iaculare e, nubibus ignem
Scinde polos, lætus patiar, si rura relinquam,
Proh facinus, proh rura malis circundata tantis?
Heu mihi uilla nocens? heu Pompeana sinistro
Villa sub augurio tanti mihi causa doloris
Heu uilla? heu quondam magni gratissima sedes
Pompei, quæ clara iterum sua nomina nostris
Temporibus seruata tenes, quæ prima dedisti
Læta locum, & placida fessum statione tulisti
Quo magna est roma ueniens post inclyta laudum
Nomina, & ingentes titulos celebres q; triumphos
Laudensem insigni uirtute extolleret urbem
Romanam q; trahens generosa ad mœnia gentem
Traderet illustres uenturum in tempus honores
Et dici uoluit laudensem a, laudibus urbem
Hinc tibi primus honos urbs ornatissima laude
O, patria excellens propria hinc tibi surgit origo

Romulea de gente ferens,& ſanguine nomen
Tu tamen ante urbem & ſurgentia mœnia uerus
Pompeana locus pompeo uilla fuiſti
Hec equidem ueteres ſcripturas promere uidi
O,uilla,o,magnis quondam bene credita rebus
O proauis,o,uilla meis melioribus aſtris
Cognita,que ueſana animo ſententia ſurgit
Que rabies que tanta ſitis præcordia uerſat?
Ah miſerere precor uotis da frena ſuperbis
Quid tardas iam tempus adeſt,iam tẽpora poſcunt
Iam ſatis ad pœnas uentum eſt,magnos q; dolores
O,mediolanum mea ſola & magna uoluptas
Aeternum latij decus,o,ſolamen & ingens
Mentis,& ampla quies,mea ſpes que tanta cupido
Hanc miſeram quaſſare animam,que gloria cœpit,
Ille ego ſum nec uana quidem,nec ſomnia iacto
Quem uigilem ſemper docuiſti,ſemper amaſti
Quem tua ſollicitas traducere carmine noctes
Et longos condire dies,& frangere uocem
Iuſſit docta manus,memini,puerum q; trahebas
In magnas uigiles q; uias duros q; labores
Omnia mandaſti lethæis merſa ſub umbris
Immemor,ille ego ſũ,quẽ brachia ſtricta ſub ulnis
Ah totiens fouere tuis,quis caſus amorem
Mutauit,que cauſa recens?miſerere,precanti
Affer opem,concede uiam da tollere pœnas
Da quarum tu cauſa potens,& maximus auctor
O,maledicta dies,o,preſida, peſſima rerum,

Que me prima tulit tam duram agnoſcere ſortem
Tolle igitur: rationis erit ſuccurre dolori
Quem tua dextra dedit, uigiles cur mœnia ſeruãt?
Cur claudis portas? cœlos & ſydera teſtor
Sola dies tenuit meditantem, atq; urbe morantem
Vix morbus, uix peſtis erant, & turpia ſigna
Vix ticine dabas tantorum cauſa malorum
Cur igitur fuit una dies? ſi debita poſco
Cur fugis? expecta liceat penſare furorem
Exilij, ſi iuſta fero, ſi digna reporto
Conſilijs tormenta meis, o, numina cœli
Iam cohibete iras, patrios donate penates
Et caros fratres, & cum genitrice ſorores
Solus adeſt genitor, ſolus mihi gaudia præſtat
Hunc uideo interdum uenientem ex urbe, dolores
Sæpe meos releuare ſtudet, reſponſa fatetur
A magnis habuiſſe uiris, qui tempore paruo
Optatos intrare lares, patriam q; potentem
Efficerent, promittit opem, nec fingere ceſſat
Sed nequeo falli uerbis, uerum impiger inſtat
Quantum poſſe datur, ſed fata infixa negarunt
Et uetuere uiam, proh iupiter inter amaram
Et ſortem obſcuram, ſaltem tractabilis atq;
Gens facilis tua ſacra ſequens mandata fidemq;
Afforet, agreſtum dura & ſcelerata dediſti
Agmina, multiplices quorum fraudes q; dolos q;
Innumeras fallendi artes, miſeras q; rapinas
Audaces cupidaſq; manus, crudos q; furores
Ingenium per furta potens, aſtus q; latentes

Nec fando uacuare licet, nec dicere proptum est.

æpe ego iam dapibus largo q; lacessere potu
Et blando sermone pium molibar amorem
Multa iocosa dabã, sed tanto audatius ibant
In scelera, & predas durum & genus omne nocendi
Ii sancti agrestum mores, quo munere dignos
Credideris, cupidi egregia si lædere possint
Fraude parant: contra iratus, si lumina torquens
Conspicis, auxilium q; negas, & damna minaris
Tunc blandi, & placidi ueniunt, se seq; fatigant
Pollicitis, uestem poliũt, digitis q; repente
Excutient si puluis erit, uel pallia tollent
Si forsan cecidere tuis, manibus q; reponent,
O genus infœlix, o, gens maledicta pudorem
Iam cognosce tuum, iam desine, tuta per agros
Cur audes errare meos, sub nocte silenti?
Et fætus auferre tuo sine semine natos?
Cur de pampineis maturas uitibus uuas
Abstrahis, & nostro misces tua pocula uino?
Gens ingrata, rapax, auidos per prata iuuencos
Cur finis ire tuos? gens perfida plena ueneno
Cur audes riguum gens intractabilis hortũ,
Cur audes intrare meum? cur tollere foetus?
Nunq̃ maturum licuit decerpere pomum
Non pruna, atq; auido redolentia persica pugno
Omnia dextra rapit, mordaces omnia dentes
Exurunt, cupidæ q; manus in uiscera mergunt
Ah pudet, ah referam? quid tanta silentia cogor
Frenare, atq; animo luctanti obstare tacendo?

Dic age, fare precor quid ſtas reuerentia cedat
Sæpe quidem dum feſſa rapit precordia mœror
Dum triſtis querulus q; deos, & ſydera & altos
Iraſcens accuſo polos, fuit ampla uoluptas
Per campos errare meos, per prata per umbras
Per uacuum nemus, & duros ſic fallere caſus,
Ecce pudor mediis poſuere ſuperflua uentris
Pondera larga uiis, nunq̃ de corpore tantum
Fluxit onus bouis, aut paſtæ per prata iuuencæ
Iſta referre pudet, tu nec agreſtia que ſint
Munera tolle memor uindemia pondere in illo
Pinguis & uuarum compreſſio facta iacebat,
Sæpe ego ſubridens oculos aciem q; retorquens
Verbula pauca dedi, & paruo cum murmure mecũ
In ſua uota deos placidos faciles q; uocaui
Conqueſtus q; fui quod cum mea uinea uentrem
Impleſſet late, ſaltem ſub uitibus illud
Depoſuiſſet onus, non hec iniuria non eſt
Iuſta peto, dentes rapuerunt, uiſcera reddant
Recte agitis, medicina placet, dum tempora poſcunt
Mergiſtis in uentrem, cumulatis ab arbore raptas
Excuſſaſq; nuces digito palpatis & ultro
Congeritis duras concoctu, uinea fœlix
Succedit uirides ſuccincta in uitibus uuas
Vix & enim incipiunt primo nigreſcere tactu
Inſtatis furto, rapitis, pellit q; nocentes
Vua fluens, e, uentre nuces, auicena quid inde
Quidue galene taces? medicina incognita uobis
Iſta fuit, totum qui magnis laudibus orbem

Lustratis; leuia ista quidem complere sub ipsis
Vitibus, atq; auidos cumulare ad guttura uentres
Concedo ne ferte domum, ne fingite paruas
Labruscas dumis dimittite, uitibus uuas
Vos sancta & uulgata diu sententia turbat
Omnia construxit toti communia genti
Rex homnium atq; pater magnis q; ęquauit egenos
Sed per uim rapuere orbem, rapuere potentes
Et partem fecere sibi miseros q; bonorum
Immunes potuere pati, uerbis q; pudendis
Vltro instant fures q; uocant, & tollere fœtus
Communis quos terra tulit crudeliter obstant
Talia iactantes larga uos uoce notaui
Audiui tacitoq; libens sub pectore clausi
Nec multi effluxere dies, mea rustica fallax
Versa oculos, & clauda pedem deformis & annis
Innumeris confecta pio sic ore ferebat
Et baculo innitens, magni delubra tonantis
Semper adit semperq; mouet sub dentibus hymnos
Sic q; impune deos turbare, & cœlica iura
Sic q; altos intrare polos, sedesq; beatas
Turpis anus, stygios q; putas uitare dolores?
Falleris ah demens, non hoc te ducit ad astra
Quid non ulterius scribendi impellimus horas
Iam labris da frena tuis, agrestia cædant
Furta animo & placidam tandem compone quietē,
Quo raperis? que te præceps sententia uersat
I potius satia q; animum, cur pectore in imo

Tantum claudis onus, ſcelerata negotia profer,
Vum ſeges alta iacet maturis prouida ſpicis
Ruſtica dextra ſecat cumulos qꝫ ex more re-
ponit
Heu facinus quotiens media ſub nocte tulerunt
Ad ſegetes ſe ſe rapiendas, uera fatebor
Sic me dij ſeruent, quotiens dum ſemina poſcit
Pinguis humus, magnam rapuere e, ſemine partem
Ignaros qꝫ huius dominos, ſortis qꝫ proteruæ
Infauſtos mirari annos, caſuſqꝫ pudendos
Ah pietas quotiens tacitos muſſare uideres
Quid referam? quando poſitas ex ordine ſpicas
Area lata tenet, cererem uirga qꝫ fatigant
Extrahere incumbunt, & fortia brachia laſſant
Exciuere omnes pullos & quilibet anſer
Aggeritur, multo qꝫ implent ſibi guttura grano;
Proh ſcelus, o, quotiens inmundos meſſibus ipſis
Impoſuere ſues, nunc iupiter alte relaxa
Fulmineos nunc torque ignes, & contere prorſus
Qui tantum fæcere nephas, dum feſta reſurgit
Et tua ſacra dies diuinam agreſtis in ædem
Turba fluit, ſed quo nam animo, quo mẽtis amore?
Magne tonans, tu Ieſus ades, ſuper ora tuoſqꝫ
Verba pedes cõfuſa, iocos, conuitia fundunt
Iactantur, uocemqꝫ leuant humeros qꝫ reuoluunt
Crura mouent, quatiunt qꝫ pedes & corpore toto
Se ſe agitant, animoſqꝫ datos in uota deorum
Ad riſus plerunqꝫ cient, ſed gaudia multum
Attulit illa dies, qua largis uocibus unum
Et magno

Et magno clamore lupum per deuia lato
Ore sequebatur, rapite & prosternite furem;
Tolle lupum, crucifige lupum, fit clamor ad altum
Athera, latratusq; canum, deponere predam
Est opus, ite canes, instate & tollite fœtum,
Sucula nostra lupum saciabit; sanguine fauces
Polluet, ite auidi, superate & dentibus hostem
Attrahite, & furta ista luet, committere sese
Non timuit medio latro uiolentus ouili,
Et nostras intrare fores, audatia que nam
Ista fuit, sic parua animos hec preda furentes
Traxerat, & frustrata cohors clamore redibat;
Sic repetit plerumq; uiam, sic callida uulpes
In pullos sæuire solet, uentresq; uicisim
Sepe implent lupus & uulpes, res iusta, nec ullo
Inculpanda modo geritur, sanctissima res est,
In fures redeunt fures, o, nobile furtum
Artifices necis arte sua procumbere dignum est.
Cætera tam largo percurrere flamine fas est,
Tamq; amplo scelerum cumulo, ut quemcũq; loquacem
Lassarent, nec si centum resonantia linguis
Ora forent satis eloquio comprehendere possem;
Multa quidem referenda tacens, non transeo nundũ
Sunt magni longiq; dies, meus ille proteruus
Rusticus attulerat pulchrum & memorabile furtũ;
Sed proprij uidere oculi, nox alta tenebat
Aethera, tunc curis, magnisq; doloribus actus
Forsitan exieram portas, cœlumq; petebam
Inde duos cumulum cereris miscere notaui

Area lata aderat, binos sine murmure saccos
Implebant, tunc ad paleas cōmittere furtum
Aspexi, tacitus diuertor, & hostia claudo,
Postera clara dies pellebat sydera, surgo
Ad cumulum cereris uenio, tunc furta latere
Conqueror, & stygium minitorq; acherūta, lacusq;
Consulere & magicas conponere carmine sortes,
Se quisq; insontem testatur, fidus amicus
Forte fuit, nec longe aberat, puerumq; tenebat
Ingenio satis edoctum, rem ex ordine pando
Instruo, sic faciam, sic tu responsa parato
Quum magicas cantare artes, & dicere fingam
Sis constans animo, gestum res ipsa sequatur,
Fac uideant speculari unguem, sic dicito saccos
Ablatos binos cereris, paleaq; repostos,
Agrestesq; fuisse meos meminisse memento,
O, placidos dulcesq; deos quecunq; petebam,
Quæcunq; optabam proni, facilesq; tulistis,
In medium erupere doli, uidere pudorem
Agrestes uidere suum, uicinia uidit,
Miratiq; omnes nouitatem, sæpe timebant,
Sic cererem saccosq; ipsos propriumq; dolorem
Ante oculos posui, nunc iuppiter æthere toto
Magne tona, iaculare, ignes atq; obrue prorsus
Hoc fallax agreste genus, non tædia curant
Dura nec exiliunt nostri tormenta doloris,
Et pœnas pro melle bibunt, quum maximus ardor
Aestuat insuetos capio, mea munera soles,
Deuius & uites & prata uirentia posco,

Aut riuos, aut arua ſequor, tunc transfero greſſus
Atq; domum uenio, qui cænam aut prandia ponat
Nullus adeſt, cererem dat caupo, uina ſuperſunt
Larga quidem multuſq; implet mea uaſa lyæus,
Qui pullos, carnes ue coquat, qui ſufflet in ignes
Qui ue lares purget, uel pallia, ſiue lebetes
Nullus adeſt, dominuſq; dapes famuluſq; miniſtro,
Officium commune meum nulluſq; mouetur
Ruſticus ad noſtras pœnas noſtroſq; labores,

Vid tantum curæ agreſtes & acerba canentē
Dāna trahūt, flecte & placidos ſi cęperis unq̄
Fare iocos dulces memorās quos ruſtica riſu
Turba dedit, dum feſta dies conſurgit, ouantes
Agricolæ indulgent ludis, iunguntq; choreas
Rure uacante boumq; iugo ceſſantibus aruis,
Tunc uarios agitare iocos, atq; arte magiſtra
Corporis egregias certando oñdere uires
Cura mouet, tunc durum humeris imponere ſaxum
Tunc iuuat, & ualidis laterem librare lacertis,
Extendunt alij curſus & laudis amore
Inſuetos ſaltare pedes, artuſq; fatigant
Sæpe etiam firmo circundare brachia nexu,
Fallaces tentare artes, ſubſternere grata
Proditione parant, non nullos gloria cantus
Allicit, & medijs reſonant agreſtia tectis
Carmina, femineæ fundunt modulamina uoces,
Interea pateras ſtatuunt, & uina coronant,
Accerſunt auidiq; dapes, dominumq; profundi
Accuſant, bacchumq; iterant, & magnus ubiq;

Bacchus adest, ſpondent in proxima tempora uites
Texere, pollicitis latum implent aera magnis,
Bacche ueni, repetunt ſuperos uentura fauentes
Si dederit, pronos ꝗ operi ſi uiderit æſtas,
Nulla unꝗ̄ tam pinguis humus, tam uinea fœlix
Fudit pampineis tam largas uitibus uuas,
Nulla ꝗ tam plenis ſpumans uindemia labris,
Nullus ager feſſis cumulauit plauſtra iuuencis,
Quantum ego conſitiam, ſudabo, prompta labori
Inſtabit nec lenta manus, repetita ligones
Sæpe meos patietur humus, nec uinea falcem
Perdet læta ſuam, quamprimum ſpargere ramos
Incipiet, ſtringam ꝗ comas, & brachia tendam,
Tunc rigida uerſata manu, docto ꝗ magiſtro
Complebit uiridi ſpumantia uaſa ly eo,
Eia age bacche ueni, replicant, atꝗ ora reſoluunt,
O, o, dant ſonitum, reſonant, hec omnia fari
Vnanimes raptim ꝗ omnes latrare uideres,
O, bibuli q̄ tanta animos dementia cœpit?
Hec inter uarijs fallunt ululatibus horas,
Hoſpitis, inculpant cænam, uel dura minantur
Terga ſuis, crudam ꝗ iubent mandare lebeti
Ceruicem bouis, aut cererem maledicere turpem
Incipiunt, tunc in uicinos uerba reſoluunt,
Ille gregem noſtris paſcendum miſit in aruis,
Qui ſim quid ualeam, neſcit, iam multa negauit
Furta, ſed ulciſcar tandem, nec tanta ſilebo,
Ille nucem inſultans omnes ex arbore fœtus
Abſtulit, ille uuas tacita ſub nocte caniſtris

Contulit, ille sues riguo cōmiscuit horto;
Et totum siccauit olus, dulcissime frater
Dic age, quid censes? dic compater, ille proteruus
Ille mihi ledendus erit crudeliter, instant,
Et proprios dominos scelerata uoce lacessunt;
Furcifer? an nundum tellus durissima fontem
Sorbet, cum tanto cumulauit pondere terram;
Totq; malis, nec cessat adhuc, sed maximus ille,
Omnipotens q; deus meritas impendere grates,
Et uotis bene digna suis exoluere tandem
Dona uolet, tam magnus opum nutriuit aceruus
Tot fastus, tantæ q; dedit conuicia linguæ,
Effrenes q; animos longe, lateq; superbos,
Vt primum fortuna fauens dissoluit hēnas
Et largas dispergit opes, nec cura nec ardor
Incipit esse dei, celos sanctos q; potentes
Despiciunt, sine lege ruunt, uirtus q; uocatur
Horrendum fecisse nephas, calcare iacentes
Consumptos grauibusq; malis, nos mergerē prorsus;
Et miseros spoliare parant, sub nomine leuo
Agrestes natura tulit, uix ulla quietis,
Hora datur rigidis, uersare ligonibus arua
Et rastros tractare decet, nos cogit aratri
Cura, boues q; uocant, instamus, pungimus, ite
Ite boues, pausate parum, tunc terga domamus;
Tunc q; caput uirga premimus, tunc prouocat ira
Excelsum damnare deum, tunc regia cœli
Obruitur, rapido despumant ora furore,
Non pluuias, fugimus non uentos, solis iniquos

Ardores stantes, patimur, sudare necesse est,
Inserimus cupidi ramos, herbasq; nocentes
Vellimus, & cultæ mandamus semina terræ,
Vtilis aggeritur tunc limus, prouida spicas
Maturas secat inde manus, segetesq; receptas
Excutiunt inter maiores brachia soles,
Spes gaudent florere suas, laxantq; furentes,
Et multo domini permiscent horrea grano,
Quorum humeri nullos potuerunt ferre labores,
Ante focum si regnat hyems, si messis ad umbram
Stant, plaudunt, ludosq; mouent, plumisq; recũbunt
Mollibus, & nostros derident sæpe dolores,
Multa etiam si casus erit, maledicta minantes
Adijcient miseris, uelut insanas furor amens
Impulerit mentes, clamabũt rustice quid nam,
Quid tulit ista dies? uacuos scelerate per agros
Cur sinis ire boues? propera, ne parce labori,
Colla iugum teneant, & aratro iunge iuuencos,
O, faciles mandare uiros ubi iussa sequuntur
Difficiles leuia ista putant, si tempore paruo
Saltem fata darẽt, nostros sentire labores
Mutarent uoces, mutarent uerba, nec esset
Noster amarus amor, placidam componere mẽtem
Optarent, non nostra mouet, non pungit egestas,
O miseros dominosq; truces, frigescere nudos
Et laceros plerũq; uident, oculosq; retorquent,
Nos potamus aquas, semper sitibunda negauit
Tingere labra manus strictissima, multa supersunt
Perfidiæ argumenta suæ, uindicta tonantem

I. ta uocat,nec scinde polos & fulmina torque,

Alibus atq; alij magnũ sermonibus implẽt
æthera,quéq; uocãt,plaudũt,aliosq; salutãt,
Ignis ab ore cadit, compellãt uocibus ultro
O,frater pax grata nouum suffiabit amorem,
Tolle recens uinum,cuius dulcissimus implet
Ora liquor,totum uac::a,si numina uellent
Delicijs miscere suis ego sponte negarem,
Institui dum fata sinunt gaudere,labores
Cras patiar rabidos,cras soles uertice nudo,
Cras subter uites patulæ uel tegmina glandis
Cum cerere,atq; theti sine baccho prandia sumam,
Et phæbo hesperias tandem fugiente sub undas
In tenebris fessus capiam sine lumine cænam,
Et rapæ & uirides satiabunt uiscera caules,
Aut porri aut lentes;plenus lachaniq; catinus
Et modicum tinget fortassis oluscula lardum,
O,pingues sapidasq; dapes,o,fercula magnis
Digna uiris,ueniant inimicis talia nostris,
Ergo age tolle deos faciles,placidissima sese
Tempora dant,nunc pone tuo solatia uentri,
O,utinam longum tantis in plausibus annum
Clauderet ista dies,tunc quem mihi fata dedissent
In moriendo modum laudarem lætus,& ultro
Acciperem nisi sub medijs contingeret undis
Defficere atq; animam magno spondere profundo,
Tecum bacche mori bibula inter pocula mallem
Et potum cum morte decens miscere putarem,
Sic fœlix,sic lætus ego,sic liber ad astra

Transierim, bone bacche ueni, gratissima gustu
Res geritur, gaude frater; tibi uina corono
Teqꝫ iterum potare uolo, bibe rustice plena
Spocula, tolle libens, sub amæna sedimus umbra,
Eia age mitte moras, pariter cantabimus ambo,
Dulcedo communis erit, modulamina uoces
Grata dabunt, in tanta animos in honesta furentes
Vina cient, tantis confundunt aera nugis,
Certatimqꝫ fremunt, & magnus ubiqꝫ tumultus
Congeritur, quod nulla quidem tam plena potestas
Dicendi uacuare modos, aut soluere posset,
Et uarias formas, & innania, uerba iocosqꝫ
Ah quotiens meminisse iuuat, dum mente uoluto
Quos risus, quantamue animo struxere quietem,
Sæpe ego dum mœsto, & uario meditamine captus
Optaui lenire meas aut tollere curas,
Secretum tenuere lares, tacitusqꝫ notaui
Obscænos mores, lususqꝫ, iocosqꝫ frequentes,
Et nugas, magnosqꝫ ululatus, uerba, minasqꝫ,
Insculpsiqꝫ animo cupidus, quem tanta fatigant
Tædia & ingentes quis uersat pectore pœnas
Qui frenare ora, & risum compescere posset,
Hactenus hec, ruit inde cohors, statuuntqꝫ choreas,
Et læti exultant, tollunt super aera sese,
Iactantur, plaudunt, resonat tunc fistula, iungunt
Formosas manibus multa cum uoce puellas,
Discurrunt late, bacchantur agrestia plausu
Verba, manus pulsant, ego quem tam dira malorũ
Carpserat ingluuies, crudos sorbere dolores

Exilium

Exiliumq; pati poteram, quandoq; uoluptas
Ampla fuit, requiesq; ingens his pascere mentem
His releuare animum conctantem impellere solem;
His tardos breuiare dies & fallere curas,
Ast ubi aratra boues subeunt, ubi dextra ligones
Accipit, & longis durisq; ligonibus instant
Tunc pereo, tunc nullus adest, ubi lumina præbet
Festa dies, plauditq; iocis agrestibus aer
Tunc requiescit humus, fessus requiescit arator
Tunc fugiunt curæ tunc dulcia gaudia surgunt.



Sacræ leges, o, uos mea iura reliqui
Exul ubi & refugus, uos uos ? ubi iura reliq
Rure moror tristis, tunc lætus in urbe morabar
Tunc ego cum studijs proprijs curisq; uacassem,
Cum socijs gaudens traducere festa solebam,
Tunc gratos risus, tunc & solacia toto
Lætitiamq; omnem capiebam pectore, nullus
Mœror erat, nec tot pudibunda & tristia tanti
Cesserunt casus, sed quod uos iura reliqui
Plus doleo libriq; mei, cum legibus almis
Tunc ego colloquium repetebam, rustica me nunc
Turba tenet, tunc de morum ratione loquebar
Nunc qua sint sub lege boues ad aratra mouendi
Nunc pecoris studiumq; gregis, nunc semina terræ
Mandari cura est, nunc qua ratione receptas
Excutiant uirga segetes, qua ue arte fluentes
Luxurient uites, nunc rusticus urbe relicta
Prorsus factus ego, quondam iam rura colebam

Iam meminiquæ musa dabat generosa maronis
Ficta tamen patriæ sub amatis mœnibus altæ
Lætus agens, pecudes pascebam, semper in urbe
Semper eram semper chartas librosq; mouebam,
Nunc autem mea rura colo in mendacia, ciuis
Non ego sum, nec in urbe moror, dulcissima dona
Mutaui felli admixtus, me rura dolentem
Pompeiana tenent, proauorum rura meorum
Deliciæ decus atq; bonum, spes maxima quondam
Et uegiæ fomenta domus, per sæcula multa
Nunc animi tormenta mei, miserescite dulces
Annorum, o, superi saltem & uos cura meorum
Accipiat, flectatq; animos, tria lustra peregi
Nunc alium uoluens fatis ducentibus annum
Aetatis meta ista meæ, proh iuppiter horrens
Ille fuit morbus caput, horum & origo malorum
Illa fuit pestis, ticini mœnia grata
Quæ rapuit miseram & magnis cum cladibus urbē
Detinuit magno immixtam tristiq; tumultu,
Quiq; suas subiere urbes, ego tardus in isto
Rure steti, mihi tu portas celeberrima claudis
Illustrisq; papia tuas, nec iam minus altis
Pellor ab ambrosij tectis, cur maxime tota
Splendor in europa, latij spes summa potentis
O, mediolanum, me tanto munere dignum
Esse uetas? ne te subeam & tua tecta reuisam
Iam timidum mihi claudis iter, iam mœnia late
Obseruant uigiles, stant undiq; causa timoris
Est morbus miseranda tui, studiumq; uacare
Efficit, heu quid agam? quid tantum fata nocetis

Innocuo? sed uana queror, mihi cuncta minantur
Cuncta obstant, nulla est pietas, quecunq; parastis
Perpetiar superi, & constanti pectore duram
Traducam sortem, & longos sine fine dolores
Vos claros uates, postquam quo tædia fallam
Hoc superest, repetam modulās, & carmina dicam.

Ex Villa Pompeiana. Agri Laudensis.
M.CCCC.XXIII.


Rancisci Philippinei, ī Maphei Vegij, de rusticorum
Furtis, Poemata, Epigramma.

Non hic sunt ueneris, non hic sunt furta promethei,
Sed quibus est omnis Rustica Turba nocens:
In dominos meditata suos: Tam cernere possunt
Quin rapiant? Argus succubuisse potest.
Nec metuunt iurare Iouis per Numina cuncta,
Vt lateant fraudes, Innumeriq; doli.
Hec tamen in lucem ueniunt, squallore, relicto,
Franchini larga subuiente manu.
Ergo omnes Frachine tibi: uegioq; tenemur,
Lance pari, Quoties Tale uidetur opus.

Phoebum Alloquitur Iacobus,
Ant. Riccius, ml'is Patritius,

In tenebris fuerant laudensis carmina uatis,
Victa situ magno, quæ modo phoebe iuuas.
Miraris uegium me nunc Iuuisse? premebar,
Ipse simul tenebris, queis inimicus eram.

Phœbi respōsio.

Infandum; Faurchinus ait, mea numina cernam
Ista pati? atq; hostes expulit ipse, meos.

MAPHEI VEGII LAVDENSIS POETAE Clarissimi Rustica carmina.

De Cerere Bachoq; cõquestus incipiũt.



Bacche pater uatum, suauissime bacche
Qui facis ingeniũ, q facis eloqũ. (deoꝝ
Cur fugis: atq; tuũ mitis lenæe poetam
Linquis? io uatẽ respice bacche tuũ.
An q̃a rure negas laribus succeder nr̃is,
Sæpe etenim magni rus coluere dei.
Quæ prius alma thetis miscebat pocula tecum
Nunc sine te puras te sine præbet aquas.
Parua licet mea sint dignare inuisere tecta,
Et quæ nunc sola est associare deam.
Tunc tibi mille canam laudes, tua munera dicam,
Mille dabo teneros te mihi dante modos.
Tunc referam thyrsos, referam uiridẽq; iuuentam,
Et dona, intõsæ si tibi cura comæ est.
Tum quoq; sancta ceres, q̃uis tua numina uates
Cantarim, uates ecce tuus sine te.
At tu etiam deeras aflicto ut poena poetæ
Cresceret, ingrata qui nuce corpus alit.
Parcite ieiunum mures damnare poetam,
Rodo sed inuitus uestra alimenta nuces.
In me bis bacchus genitus furit, alma Ceresq;,
Credo q̃ ætherei sic fremat ira iouis.
Aurea prima fuit longeq; beatior ætas
Qua dura est humili glande soluta fames.
Qua restincta sitis sub amœni fluminis unda,
Quid queror? en ætas aurea prima mihi est.

Tu potius liber, potius dea candida frugum
Succurre, o, tectis tu quoq; digna meis.
Hic habitat phœbus, diuarum hic turba sororum,
Et licet agrestis sit casa, cara tamen.
Quos nec caliope, nec dedignatur apollo,
Neu pudeat uiles uos habitare lares.

In Rusticos


On est agricolæ q̄ uestra beatior ulla,
Non est ars magnis carior ulla deis.
Vt perhibent: primi terram coluere parētes,
Presserunt humeros falxq;, ligoq; suos.
Non puduit cultis uitam exercere sub agris,
Non puduit stiuæ conseruisse manum.
Diuitiæ fuerant magnæ sibi poma, nucesq;,
Delitiæ fuerant dulcia mella suæ.
Grex pecudum sibi erat cari spes nata peculi,
Maximæ opes liquidi copia lactis erat.
Sub placida patulæ recubabant arboris umbra,
Alta dabat facilem mollis & herba thorum.
Iuxta ibat labens crepitanti murmure riuus,
Et saliens mota dulce sonabat aqua.
Mulcebat teneros ea tunc suauissima somnos,
Sedabatq; grauem purior unda sitim.
Ampla uidebantur tuguri sibi tecta pusilli,
Quæ nunc & minimum quemq; habitare pudet.
Tunc nondum euectæ superabant moenia turres
Nec fuerant fossis oppida cincta suis.
Nondum sollicitæ scindebant æquora naues,
Nondum bellator frena terebat equus.

Tunc æs, atq; aurum pretiosaq; gemma latebat:
Quæ uellem æternos delituisse dies.
Nondum discordes congesta pecunia lites
Mouerat, illa omnis causaq;, fonsq; mali est.
Tunc furta, & nocuæ fuerãt sine nomine predæ,
Res fuerat tectos uana timere dolos.
Nec serui dominos, gnati nec fallere patres
Norant, uicino nullus, obesse suo.
Tunc non sceptra ducum, dominandi nulla cupido,
Par fuerat studium, parq; fides hominum.
Non infusa auro reges aconita bibebant,
Præbebat fagus pocula tuta rudis.
Dulcis pax omnes, & falsæ crimina linguæ
Rixe aberant, odium, dulcis alebat amor.
Cuiq; dabat uitam proprio quod legerat aruo,
Cuiq; suo uitam parta labore dabant.
O, fortunatos ætas quos illa recepit,
O sub fœlici sidere progenitos.
Tunc non uile fuit, nec agreste ignobile nomen,
Tunc magnus fossor, magnus arator erat.
At uos si sapitis quantum sors uestra beata est
Ruricolæ, certe nulla beatior est.
Quam simile est prisco uestrum q degitis aeuum;
Ars est q̃ similis, uitaq; q̃ similis.
Idem uictus, idem studium, spes, cura eademq;,
Idem ruris amor, sollicitudo eadem.
Verum negligitis tot opes, quot larga deorum
Dextra dedit, uerum tot bona negligitis.
Non est copia opum maior quam uiuere paruo

Contenta angusto sub lare tuta agitur.
Aurea que fuerant agrestum sæcula quondam,
De fece atq; luto nunc sibi nomē habent.
Mutata est antiqua suis cum moribus ætas,
Prisca abijt probitas, prisca abijt pietas.
Quid sit pax & amor: quid lex non scitis agrestes;
Qualia sint diuū: qualia iura hominum.
Nescitis quid fas: & ius quid sancta fides est:
Quid colere est homines: quid colere ē superos?
Furta autem et raptus, in honestaq; iurgia nostis
Quid sit furari, quid rapere hoc sapitis.
Temnere cœlicolas, sanctas corrumpere leges,
Scitis & exempli cætera quæq; mali.
Heu doleo uestros (doleam concedite) mores
Acoeptis ueterum degenerare patrum.

In Rusticos


Os moneo agrestres doctos ne lædite uates
Ni diuum est uobis gratia cara parum.
Ne facite a superis sunt gens electa poetæ
Quicquid agant sanctis uatibus astra fauent.
Si libeat tantum peruerso insistere mori,
Nec modus est uestro nec requies sceleri.
Ite, alio rapidas potius conuertite dextras
Ite & sit uatum conciliatus amor.
Quid meruere pij, quid peccauere poetæ
Quis nisi amor recti quis nisi cura boni.
Parcite quæso malis tandemq; absistite tantis
Nec uestri immemores esse putate deos.
Parcite, magnorum sera est uindicta deorum

Sed grauior, quanto serior illa uenit.

In Rusticos

IN commune bonū nasci gens rustica fruges
Fertis, ob id tuto pro studio rapitis.
Pergite, cōmissum uestra hec sentētia soluet,
Sic aliqua ad superos spes erit ire polos.

In baccham Rusticam

NOn sat erat fruges rapere, at tibi ne qd īausū,
Furata es saccos improba baccha meos.
Improba sis liceat dū saltē ꝑuida baccha,
Quandoquidem moriens eicies animam.
Infera precipitem mittent te numina, saccis
Seruatam quo sis tutior ipsa meis.

In Rusticos

MIror io agrestes mea que admiratio digna ē,
Quam cupidi ī cæcam proruitis uenerē.
Continuo duros gemitis sudore labores,
Vix restat, quæ uos mulceat ulla quies.
Quottidie curuas falces rigidosq; ligones,
Versatis ualida pandaq; aratra manu.
Quottidie ardentes detecto uertice soles,
Fertis uel gelidæ frigora dira hyemis.
Et bibitis puras communi ex flumine lymphas,
Atq; editis uiles insipidasq; dapes.
Vnde igitur tanta hec uobis innata libido est,
Et cur nam tantum pectora uestra calent?
Quippe solet lautis inter uenus ocia mensis
Astare, & molles delitias sequier.
Verum prærapidos uenerem mollisse leones

Dicunt

Dicunt, atq; ipsos incaluisse lupos.
Ipsum etiam patientem oneris, multiq; laboris
Visa licet fessum fœmina molit equum.
Quodcunq; est cælo, quicquid terraq; mariq;
Quod spirat. uenerem sentit, & igne furit.
At par ille deis animo cui dicere legem
Cui licuit placitis ponere frœna suis.
Qui desyderio pellaci opponere se se
Qui nouit blandis abstinuisse malis
Nunc uos agricolæ uestrum non miror amorem
Pergite continuam profluite in uenerem
In uenerem tantum quæso spumate, q; ipsi
Quando aliud desit se nihilent oculi

In Rusticos


Ama refert asinos romana per oppida nunq̄
Ad uenerem nisi post uerbera multa trahi.
Vos quoq; pɔ lōgos o rustica turba labores
Post inopem uictum dira libido rapit.

In Gallam Rusticā ægrā. sed senatam aduētu mariti


Alla ægrota diu langues absente marito
Exhalas animam languida pene tuam.
Vir tuus ecce redit, uiso ꝑ cōiuge, gaudes
Nec mora te reditu liberat ille suo.
Ambo rudes: ambo agrestes: miracula sunt hec
Vnde habet hic medicam quæ tibi prosit opem?

In Thestilem Rusticam.


Vnt tibi ciuiles q̄uis sis rustica mores.
Thestilis os facile est: lingua q; tersa tibi.
Cum rides ridet tecum tua uestis: & una

Si mage quod carum, ueste tegente latet.
Nunc age ab indigni lecto diuerte mariti,
Dignior alter erit, delige in urbe uirum.

In Rusticos

RVstica turba nuces tot uestra ĩmergitis aluo,
Cur tot quæ non sunt cõcoquier faciles?
At noua p̃da subit teneras absumitis uuas,
Nondum concoctas effugat uua nuces.

In Rusticos

QVęritis agricolæ circum dumeta pusillas
Labruscas: uinum conficitisq; nouum.
Suaue quidẽ potu est. tenerumq;: et amabile mustum.
Nescio qui dumi talia musta ferant.
Verum conscia nox raptas testabitur uuas,
Quas terræ e labris fingitis esse tamen.

In Rusticos

QVottidie multo conquestu flætis agrestes
Quæ lupus & uulpes tristia damna ferãt.
Nũc uulpem dictis, furem appellatis amaris
Nunc rapidum largo dicitis ore lupum.
Digna quidem uestræ non est causa ulla querellæ,
In fures furum mutua turba ruit.
Vita nisi ex rapto constat uobisq;, sibiq;,
Par crimen uobis, par studiumq; sibi.
Quid melius dici posset quid sanctius unq̃
Quam lædi auctores criminis arte pari?

In Rusticos

SCitis ne agricole cur uestros uita puellos
Inficiat, multis pernitiosa malis?
Afferte huc mentes. uos unica causa malorũ
Vos estis tanti principium quae mali.
Vobis nulla fides nihil est puriue, pij ue,
Exemplum uita est uestra pudenda suum.
Desinite a uitijs igitur: tendem quae fouete
Quos discant mores pignora uestra bonos.
Qualis.n. fuerit mos, qualis uita parentum,
Talis erit gnatis uitaque mosque suis.
Si genitrix caste, caste quoque filia uiuet,
Si mater meretrix: filia talis erit.
Si pater ingenue uitæ est, & filius idem,
Si pater ingenij gnatus & ipse mali est.
Ni sit forte boni tanta excelentia gnati
Quem pudet insani uiuere more patris.

In Rusticos

DIcite ruricolæ quare tot uerbera quare
Mittitis in uestros tot maledicta boues?
Nunc illos uirga p̃mitis: nunc pũgitis acri
Quo possint stimulo lumina uestra fodi.
Post mille indignas mortes, conuitia mille
Additis & nulla est reddita parte salus.
Proh gens cæca hominũ, non uos maledicitis ipsos
Vestra bonum quotiens afficit ira pecus?
Illi seruitium curui patiuntur aratri,
Et subdunt humili colla teranda iugo.
Illi dant fruges & terræ dona ministrant,

Vestra igitur spirat munere uita suo.
Mitte pium qꝫ animal & uestra ad cõmoda natum
Quid potuit tantum promeruisse mali.
Sed uobis dira est & mens imbuta ueneno
Cum non possit heros exigit ira boues.

In Rusticos


NOn possum non mirari gens incola ruris
Cum nihil humani nil sapitis fidei:
Cur tantum ueteres habitarunt rura poetæ
Cur agerent humili post posita urbe solo.
At non diffiteãt quin rura accepta mage essent
Quin multo studijs cõmodiora suis
Effugiunt musæ turbas atqꝫ ocia quærunt
Longa fuit musis semper amica quies.
Quum pudet in uulgus sese ostentare poeta
Qui tantum ueræ nomina pacis amat
Non igitur mirum est si rus coluere poetæ
Rure etiam malim scribere si qua uelim.
Is mihi mos q̃uis media mihi uiuitur urbe
Deserta musis urbe uacare meis.
Sed qꝫ perfidiam uestram bene miror agrestes
Pertulerint æqua mente animoqꝫ leui.
Cur immortales cur non scripsere libellos
Vt uestra infamis uita legenda foret:
Illa forte boni sub tempestate fuistis,
Nescio quo leuo sydere uersa fides

In Rusticos

T quid aratores tot ueſtra in uota uocatis
Sperantes faciles promeruiſſe deos?
Nūc ymbres longos nūc accuſatis ícertes
Saepe nocet grando ſepe pruina nocet.
Ne ſeges incertam ne ſpem uindemia fallat
Cœlicolas humili uoce rogatis opem
Prætereo ſordes animorum:furta:doloſq;:
Et que ſunt ueſtræ plurima nequitiæ.
Hoc tantum dicam q̧ non eſt cultus:amor ue
Non cura eſt uobis religio ue deum.
Audetis ne igitur diuos ſperare ſecundos
Si nullus diuum eſt religionis honos?
Pluris haras facitis quam ſancti numinis aras
Cura bouum maior:cura deum q; minor.
Si petitis ſacram q̄uis raro accidit ædem
Quo petitis cultu qua prece ſcire uelim:
Extra aditus templi celebrat cum ſacra ſacerdos
Statis uti ipſius puteat ara iouis.
Quiſq; ſuos riſus habet & ſua inania dicta
Quas referat nugas quiſquis habetq; ſuas.
Nūc caput hinc:humeros nūc circum ducitis illinc.
Brachia cum manibus.cruraq; cum pedibus.
Cum caupone agere & media inter uina putatis
Sed tamen epotus uenter & uncta gula eſt.
Namq; deum ſimulacra:deumq; reuiſere templa
Ieiuno ſtomacho creditis eſſe nephas.
Ante tua ora pati potes o ſanctiſſime diuum
Hec fieri ante tuos iupiter alme pedes?
Quid mirum eſt rapidis terras ſi ſolibus uris

Si multo fruges gurgulione rapis,
Si pluuijs occas ſegetes, ſi fulmina mittis,
Et ſi terribili grandine tundis humum.
Qui cupitis large ut ueſter fœcundet agellus,
Vos doceo hoc monitum, mente tenete, meum.
Summite quod ueſtrum eſt, & ueſtra uiuite parte,
Et colite æternos debito honore deos.
Sic bene res cedent ueſtræ: ſic uinea ſemper,
Cultaq; ut optatis luxuriabit humus.
Cui manus innocua eſt, cui mens eſt pura, ſecũdant
Hunc ſuperi, læta hunc numina reſpiciunt.
Accipite hoc demum digitoq; innectite dictum,
Peccati pœnam quiſq; ſui patitur.

In Ruſticos

Vm ueſtræ accuſo rurales crimina uitæ,
d Forte rogor ſit ne urbs libera criminibus.
Nam luxus, pompæq; leues & fœnus auarũ
Et tectæ fraudes uiuere in urbe ſolent.
Illic qui fallant dominos, qui patria uendant
Mœnia, ſunt qui ius, faſq; piumq; negent.
At uobis ſceleri quanta indulgere facultas
Tantum uos rabies in ſcelera atra rapit.
Si quid in expertum ſinitis, ſi criminis ulla eſt
Pars pura, id ueſtræ non potuere manus.
Facta hominum, non res, ſed mens diiudicat ipſa,
Peccatum ex animo fit leue, fitq; graue.
Culpa ideo in uili, quando eſt extrema uoluptas,
Maior ab electo creditur eſſe cibo.

In Ruſticos

q Vicquid composita fit seditionis in urbe;
Rustica sunt omnis fœdera causa mali.
Iccirco primos ad bella instruxit agrestes
Qui cecinit rutuli: trois & arma uiri.

In Rusticos

TI sancti agrestũ mores: ubi quæris amorẽ
Ipsorum. contra lædere posse student.
Sin frõte implacida aspitias & dãna mineris,
Tunc habeas mites tunc habeas faciles.

In Rusticos

CVm lux festa oritur soli consumitis omnem
Ruricolæ in potu proluitisq; diem.
Cauponam colitis: non sacra oracula diuũ:
Sint q̃uis diuum hac templa colenda die.
Sed cur luce sacra celebratis bacchica tantum
Dona, quibus uilis potus aquæ esse solet?
Verum quo quis eget, si demum copia fiat
Id multo dextra liberiore rapit.

In Rusticos

SEmper in absentes fertis conuitia uestros
Rustici heros: nec habẽt turpia dicta modũ.
Recte agitis ne qd præsumpti criminis absit.
Nunc rapere ausa manus, nũc male lingua loqui.

In Rusticos

q Vando est longa dies sero cenatis agrestes,
Contra, ubi lux breuior cena citata uenit.
Viuitur urbe aliter. sed qd si discrepat urbi,
Cum nihil urbani rustica uita habeat?

In Rusticos

R Ideo sæpe aliquem quando saluere iubetis
Q uo saluum uerbo dicitis agricolæ.
Aut infœlices horas aut redditis annos
Tristia uel diræ nomina mille necis.

In Rusticos

V Rbe estis faciles cunctis uultuq; benigno
Rure licet billi concita corda tument.
Vestra est persimilis rurales uita catellis
Qui tantum latrant tectum ubi herile colunt.

In Rusticos

I Nter uestra unũ scelus hoc detestor agrestes
Quãdo aliquem uestrũ cætera turba timet
Quãdo aliqs reliquos cõculcat mor̃ tyrãni
Quid peius tumido paupere? quid grauius?

In Rusticos

S Eu flauas metitis spicas: seu falcibus herbas
Tondetis siue est pinguis arandus ager
Deniq; quodcũq; est operis: decliue tenetis
Corpus ruricolæ despicitisq; in humum.
Ast hominis proprium sublato est uertice cœlos
Suspicere: hoc signum est quod ratione ualet:
Quamuis in terras aliæ inclinata figuræ
Ora ferant que nil cognitionis habent.
Quam facilis uultus secreti est pectoris index
Nunc scio q̄ diuos pro nihilo facitis.
Vos ergo humano q̄ primum cædite cætu
Non hominum species uestra bouum magis est.

Ex Villa Pompeiana. Agri Laudensis.
M.CCCC.XXII.

MAPHEI VEGII LAVDEN. CON VIVIVM DEORVM INCIPIT


Ex ſuperum poſitis cara cũ cõiuge curis
Inſtituere nouas intra ſua tecta uocatis
Cœlitibus mẽſas, medio & cõuiuia cœlo
Tunc Athlantiadem genitor diuumq;
hominumq;
Ad ſe ſe uocat, & placido ſic pectore fatur.
O, rerum interpres fidiſſime gnate mearum
Vade deos ſcitare, epulis accumbere noſtris
Conueniant, ſedet hec noſtræ ſententia menti.
Nec mora. iuſſa patris referens cyllenius alas
Innectit pedibus, curſuq; per æthera fertur:
Interea magno cœleſtis regia luxu
Completur, læti menſas poſuere miniſtri,
Ipſa domus latos niueis ellata columnis
Fundebat radios, natoq; inſignis in auro
Purpureas pulchro ſeruabat in ordine gemmas,
Aurea chriſolitis ſplendebant atria, & ingens
Argentum, & ſe ſe fulua oſtentabat iaſpis.
Ipſe pater diuum ſolio ſublimis & oſtro
Compiſcuus, ſceptrum dextra geſtabat eburnum,
Inde ut quiſque ſuis monitis parebat, ad altas
Concurrunt ſuperi ſedes, & limina complent
Quorum introgreſſu facta eſt magni aula tonantis
Candidior niuibus, ſplendore ardebat imago
Diuorum & miro cœlum candore replebat.
Venerat; & quamq̃ ſenium tardaret euntem,

Primus erat summo proprior saturnus olympo:
Filius, hunc placida uenientem fronte recepit
Oblitus ueteres casus, & sede locauit
Pene sequens, lætis stabat gradiuus in armis
Sydereo tectus clipeo, cui maximus hæros
Impressus stricto herebat mucrone philippus
Anguigeramq; ferens æterna in secula gentem
Fulmineo flagrabat equo, & fœlicibus armis
Exultans se se in medios interritus hostes
Auspicibus superis, inter se se arma ferebat,
Tale fuit diui scutum mauortis, at illum
Sanguineos uoluentem oculos, animisq; furentem
Blanda uenus placidis, antiquæ haud nescia flammæ
Lenibat dictis gnatum leuaq; tenebat,
Tum pulcher phœbus, quem circum diua sororum
Turba comes graditur, palla radiabat in aurea
Tractabatq; lyram gemmis auroq; nitentem,
Illi intextus erat diuina cambius arte
Aureus & medio præstans fulgebat in auro
Ipse pios clara memorabat laude pœtas
Sanctorum celebres uatum testatus honores.
At postq̄ superum pater una & regia iuno
Conspexere almas & cognouere sorores
Complexus caris iunxere atq; oscula diuis,
Inde celer perfecta ferens mandata parentis
Ante iouem positis maya satus astitit alis.
Post uultuq; habituq; decens, diana modestos
Progreditur deiecta oculos, pharetrasq; gerebat,
Iuxta aderat pallas, uisu pulcherrima, ad ipsum

Tendebatq; iouem seq; intra tecta ferebat
Scutum insigne tenens; læua quo uiuida magni
Mæcęnatis opus: diuum, splendebat imago:
Anguigeriq; archana ducis fidissimus idem
Consilia & curas alto sub corde fouebat,
Hinc mater diuum cybele, & taumantias iris
Et qui templa colunt nili, tum candida uittis
Vesta albis cincta, atq; ceres circundata spicis
Vna omnes aderant, pulcher sine cornibus ibat
Frondentisq; manu tyrsos, bis natus agebat,
Lemnius astabat claudo pede, maximus alti
Rector erat, nudus plantas, cui tempora guttis
Cæruleis, multo rorabant imbre capilli,
Tum genius, dubioq; incedens lubrica passu
Fortuna, & triplex fatum, dehinc phama, palesq;,
Paxq;, salusq;, fauor, bifronsq; in limine ianus,
Et consanguineo charites sociante hymeneo
Et flora, & carna atq; numæ cum coniuge consus:
Et cum carmente concordia, mensq; laresq;
Maiestasq; & honor, placido & reuentia uultu
Et pietas simul, & uictoria: mater honoris:
Astrea atq; fides, uirtusq; & sacra uoluptas
Horæ: aurora: diesq; pleiadesq; hyadesq;:
Quiq; coronides olim se uertit in anguem,
Amphitrioniades inuictus uiribus ibat
Anchisaq; satus, gemini lædaq; creati
Romanusq; suo cum cæsare tecta quirinus
Regia complebant, omnesq; ex ordine diui.


At uero postq̄ rerumq; hominumq; repertor
Conuenisse uidet superos, ipse ocius altis
Quemq; thoris iubet & strato discumbere in ostro;
Olli mandatis parent; manibusq; recentes
Accipiunt lymphas, regalis curia læto
Miscetur cætu, uario perrecta frequentes
Discurrunt famuli motu, pars pocula mensis
Pars cererem ponit, pleno se nectare diui
Diffundunt: dapibus uescentes corpora curant.
Postq̄ uicta fames epulis, rex altior unus
Iuppiter ad sanctas conuertit lumina musas
Reginam ante omnes compellans talia fatur;
Gnata decus nostrum, spes nominis unica nostri
Vnde mihi æterna, & nullo delebilis æuo
Gloria quesita est: quæ meq; meosq; labores
Quæ totiens nostros celebrasti diua triumphos:
Nunc, o, nunc quando læti tua carmina poscunt
Cœlicolę, cane pulchrū aliquid quod mulceat aures.
Dixerat, at fuluos lauro collecta capillos
Calliope, suauem diffudit carmine uocem.
Tum canit anguigerum præstātem pectore & armis
Hæroem, quo non latijs ingentior oris
Aut bello aut pietate fuit, non amplior alter
Imperio, nec iusticia præstantior alter,
Tum memorat quantas magni post fata parentis
Attulerit clades latio iurata potentum
Turba uirum, quot quot sæui exlegesq; tyranni
Orbatas proprio lacerarunt principe sedes,
Quæ rabies, quis amor sceptri, que tanta cupido

Inuasit mentes italum,& sancta ocia rupit;
Tum uero tenera surgentem ætate philippum
Haud defectum animis,patręiqneq; mentis egentem
Aerumnis posuisse modum,qui fortior unus
Sustulit intrepidum caput,& fœlitior omnes
Strauit,& optatam patriæ,rebusq; quietem
Restituit,tandemq; sua se in sede locauit.
Namq; canebat uti ferroq; fameq; cadentem
Magnanimus mira uirtute adiuuerit urbem;
Ticinnm & summo seruarit nomine pulchrum;
Quantaq; apud fortem fœlicis gloria laudam
Principis euexit se se,que uota secundis
Instituit superis gens diro exempta tyranno:
Attollens duplices summa usq; ad sydera palmas;
Et tritium magno pugnarit robore tandem:
Vipereis ornata iubis uexilla tulisse
Amplexamq; ultro uictritia signa cremonam,
Vtq; padum atq; ultra positas paccauerit urbes,
Vtq; etiam occiduis qua sol caput occulit undis
Mouerit ingentes animos & mœnia late
Reddiderit primæ dictioni & fortibus ausis,
Insistens:nulli bellorum laude secundus
Externas iterum parere cœgerit oras,
Vt bello indomita & longe dominata per æquor,
Genua uicta iugum tulerit, sic cognita tanti
Fama ducis uolitans totum penetrauit in orbem,
Heluecijq; animos hostis cantabat ab angue
Prostratos cessisse & fortem marte philippum
Deuicto celebres cæpisse ex hoste triumphos.

Tum uarias belli pugnas, & gesta ferebat
Tum fractos captosq; duces quos anguiger hæros
Munere donabat multos, dehinc robore toto
Italiam in duros enses atq; arma coactam
Iuratasq; manus, tum uero pectore forti
Intrepidum tot sceptra unum coniuncta, tot hostes
Sustinuisse ducem: memorans sic diua canebat.
Inde etiam claros fati haud ignara futuri
Venturos magni hærois cantasset honores
Quas latio pugnas gereret: quis uiribus enses
Corriperet: qua ui tumidos contunderet hostes,
Sed uetuit diuum pater atq; silentia iussit
Tunc sic pauca refert, hæc, usq; ad sydera gentem
Anguigeram phrygio generatam e, sanguine dignis
Euexi titulis: nunc ipsa ex stirpe philippus
Prodijt & claris uirtutem laudibus anglus
Extulit ardentem ad cœlos, ego maxima tandem
Polliceor: uerum que sit nostra ipsa uoluntas
Prætereo, neq;.n. fas est, sic ore locutus
Iupiter, astabant superi, mixtoq; fremebant
Assensu, hic finis fandi, tunc quisq; deorum
In proprias rediere domos, rex ætheris alta
Sede manens placidam duxit per membra quietem.

Papiæ. M. CCCC. XXX. kl. februarijs

Maphei uegij laudenſis: Ad ſaluatorem no
ſtrum in ſepulchro poſitum. Carmen.

E ne ego magne pr̃:te ne alti rector olympi
Te ne ego ſic lacerũ:ĩdignos crudelit artꝰ:
Sic poſitũ aſpicio? quẽ non uaſti atria cœli
Non mũdus capit ipſe:tegit breuis urna ſepultum,
Nec miſeri aſſiduos lachrymarũ fundimus amnes:
Tanta nec æterno deflæmus funera luctu.
At tellus tremefacta:latenſq; in nubibus aer:
Cunctaq; turbatis flærunt elementa figuris.
Fleuit ſol nigra uultum ferrugine tingens.
Ipſaq; lugubri crines uelauit amictu
Auctorem miſerata ſuum mœſtiſſima phœbe.
Atq; auerſa nouus perculſit ſydera terror.
Heu dolor:heu pietas:heu quæ manus impia tãtum
Auſa nefas.tunc cum diris mens excidit auſis:
An ne parum fuerat,patrium modo linquere cœlum
Nec dedignatum miſeræ commertia terræ
Quodq; deum miſcens homini(mirabile dictu)
Induere humanos non faſtidiueris artus:
Triſtia quin diræ paſſus ludibria gentis
Ferre crucem:& noſtro uoluiſti occumbere lœto:
Ceu quondam charæ diuulſus ab ubere matris
Mitis ubi extructas agnus mactatur ad aras
Noſtra luens cõmiſſa tuo nos ſanguine ſeruas:
Dulciaq; æternæ das noſcere præmia uitæ.
Tu uero Pater omnipotẽs Pater unice rerum
Cui cœlum:& magni famulatur machina mundi

Da ſeu te infirmæ tangunt contagia partis:
Terra prometheumqꝫ lutum primordia noſtra:
Seu dolor & feſſæ ſpes non indebita mentis:
Nec tua difficilis noſtræ clementia culpæ.
Vt qui mœſta pij repetentes orgia ſacri
Annua ſollenni colimus miſteria luctu
Per te paccatæ defunctis munere uitæ
Supremus uacuas cum ſpiritus ibit in auras
Eliſij læta arua poli:ſedeſqꝫ beatæ
Pollicitiqꝫ tui pateant non irrita dona.

Maphei Vegij Laudenſis Carmen.


Vc me ſidereo deſcendere iuſſit olimpo
Hic me crudeli uulnere fixit amor.
Lãgueo:nec qſquã noſtro ſuccurrit amori
Quem nequeunt diræ frangere iura crucis.
Pungentem capiti dominum portare coronam
Fortis amor docuit:uulnera tanta pati.
Felle ſitim magni regis ſatiauit amaro
Pectus ut hauriret lancea fecit amor.
De me ſolus amor potuit perferre triumphum
Ille pedes clauis,fixit,& ille manus.
Si cupis ergo animi mihi ſigna rependere grati
Dilige:pro tantis ſat mihi ſolus amor.

Ioannis Iacobi Lomatij Mediolanēſis Carmen.

SIſte gradum:ſi te Pietas mouet ulla: Viator:
Et tinctum Chriſti ſacrato ſanguine clauum
Aſpiciens:lachrimis nec ſæuo parce dolori.
Proh dolor:hic cœli regem terreq; mariſq;
Omnia cui parent crudeli uulnere fodit,
Affixitq; cruci:ueteris purgatio culpæ.
Hunc igitur quotiens cernis ſubſiſte parumper
Atq; memor domini mortem deflebis acerbam,
Auctoremq; tuæ ſupplex uenerare ſalutis
Qui te perpetua moriens a morte redemit.

Gaudentius Merula Māpheum. Vegium alloquit'

QVis te tam nitidum Libelle fecit?
Doctus Gaphurius:Quis e tenebris
Te nuper rapuit?Sales:Venuſtas:
Virtus:Pierides:Ioci:Lepores:
Iam ſecurus abi Virum per ora,
Cum tecum uigeant Sales:Venuſtas:
Virtus:Pierides:Ioci:Lepores.

BARTHOLOMEVS PONTE ROLLVS IVRECON-SVLTVS, LAVDENSIS Franchino gaphurio Archimu sico Laudensi. S. D.



Vemadmodum, solent homines lucri-petæ q mercimoniis incumbunt, ubi tu multus istant bellorum, & rauca Martem buccina pnunciat, minus esse negociosi: tūc. n. aut merces in tuto reponūt; aut rationes computant, & supputant reliqua. Sic ipse dum tranquillitas est temporum, multitudine rerū forēsium detineor. ubi arma parantur a laboriosis legibus uacationem accipio, consueui autem tunc ad amęniora studia me conuertere, nam quum non alio tempore suppeditetur ociādi facultas, ita trepidationem lenio, ut a foro, relaxationis fructum nō amittā. hoc & nuper egi, nam quum multa nunciarentur, & arx. Iouis de cœlo tacta, mētes terrefecisset hominū, composita re familiari, cōuerti me ad placidiores musas, Quamq̄. n. sim. Iureconsultus tamen artis pœticæ semper egregiā esse laudem existimaui, quoniā i ea nemo uersari possit nisi qui sit (ut est in sene) ui quadam diuina afflatus, Nec empedocles eo minus phisicus fuit, ꝙ pœma de xerse perscripserit. uenit autem in manus dialogus olim a me exametro carmine cōtextus, & albulæ titulo pręnotatus, quem quasi longo ex postliminio legi auidiuscule, hunc igitur ad

te misi, qui si non ad manus rigidorum censorum, sal tē eiusmodi uisus est: qui ad te proficisci posset; unus autem a me es electus cui illum destinarem, Quod et meus sis municeps, & princeps omnis harmonicæ sua uitatis, cui subijci pœticam nemo melius scit q̃ tu. no ui præterea te meam italiam aliquando mirifice laudasse, & pro singulari iter nos amicicia quicquid esse meum noueris æquis oculis esse perlecturum, idq; tuis auspicijs defensum iri: ceterum scito me studiose ellaborasse ut Blanchina (hoc.n. nimphæ nomen erat) alijs omnibus quas illustriores poetæ celebrarunt, non uerborum phaleris (nam magis emunctæ naris fuerunt) sed rei dignitate precelleret, quod an effecerim tui sit iudicij, uale & me mutuo ama.

BARTHOLOMEI PONTEROL LI IVRECONSVLTI LAVDEN SIS, ALBVLA. INTERLO CVTORES. POETA. FORTVNA. MER CVRIVS.

Poe. 
Mpia qs tandẽ poterit crudelibus ausis
Esse modus fortuna? truces quæ deinde ruinę
Tam dirã sedarẽ sitim, cladesq; ualebũt:
Nunquid adhuc durum saturâsti sæua furorem
Quando imatura formatum corpus olympo
Morte extinxisti, & cœli superãtia thædas
Nuper in æternam clausisti lumina noctem,
Nec te clarus honos flexit, nec cognita uirtus
Nec species imitata deas, florensq; iuuenta:
Nunc reor omne quidem fudisti e pectore uirus,
Nam quid in attonita poteras crudelius urbe
Moliri, aut nostras quis casus acerbior unq̃
Turbasset pacis prærupto fœdere mentes?
Albula noster honos dulcis dum uita manebat,
Deliciæq; urbis, claræ et uirtutis alumna
Occubuit, scelerata tuis confecta sagittis,
Sic te eadem semper rabies, iidemq; tumultus
Exagitant, semperq; atrox stat pectore flamma
Inuidiæ, placidam nec fert mens ferrea pacem.
For. Illustris maia genite interpresq; deorum:
Mer. Quis me uult, o, cunctarum ualidissima salue

Diuarum quæ cœlum habitant. For. & tu quoq; salue
Interpres diuum, latio sed lumina siste
Et procul intentus laudensem respice ad urbem
Quis nobis demens, ac rerum nescius illic
Tam fædo insultat sermone, atq; irrita iactat
Iurgia tam grandi repetens conuicia luctu,
Audi atlantiades quæ uerba audacia miscet.
Tu ueteres exosa uiros, si crescere quemquam Poe.
Virtute aut fama, propiusq; accedere olympo
Spectaras, tristi hunc semper delere ruina
Curasti, & turpi penitus calcare triumpho
Nunc pariter seruas mores, pariterq; furorem
Exerces, pulchrumq; putas delere, quod usq̄ est
Summarum rerum, ne sese attollere cœlo
Et longum famam ualeant extendere in æuum.
Ille quidem legum est censor, ciuesq; putatur Mer.
Inter laudenses obseruantissimus æqui
Nunc miror mores quæ nam sententia uertat.
At nundum finis iurgandi est, auribus ergo For.
Intentis simus, quæ post hac dicere pergat.
Nec sane ueterum clades meminisse uirorum Poe.
Nunc opus, haud ullis populis incognita sæuas
Exerces furias, surgit qua phœbus ab undis
Et qua sol tethi radios abscondit ibera
Sat præsens mentem casus, præsensq; ruina
Sollicitat, duri satis albula causa doloris.
Ille qdem nympham memorat quæ nuper olympo Mer.
Addita, connubio pulchri letatur amoris
Et nunc hos gemitus, nunc hæc conuicia iactat.

Ignarus quæ hic in domibus sint acta deorum.

For. Sic est, sed que etiam nunc murmura misceat audi.
In nos deteriora etiam iaculabitur amens.

Poe. Ah nimium, nimiumq; ferox, cur lumina falso
Deesse tibi simulas, phœbeæ lampadis orbem
Cum superes, argiq; oculos, cæiq; sororem
Cui tot sunt uigiles oculi quot corpore plumæ.

For. Nunc ego capta oculis cyllenie, nunc ego uinco
Argum luminibus, cernentemq; omnia phœbum.
Seu sim cæca tamen, superem seu lumina centum
In me uulgo omnes immania crimina iactant.
Respice quæ humanas teneat dementia mentes.

Mer. Hic hominum mos est, tenues dum nubila uisus
Cæca hebetant: penitus dum mens est nescia rerum
Fortunam incusant, atq; immutabile fatum.
Sed qui cœlum habitant: quibus ipsa es nota: fatētur
Te claram in primis diuam comitemq; uerendæ
Virtutis, cui fas homines attollere cœlo
Auspice te, & claram factis extendere famam.

Poe. Dissimulare aciem iam desine, desine rerum
Quo magis incautos laceres ignara putari
Spectaras oculis, quibus aspicis omnia nuper
Hanc diuam, quam sic crudeli morte peremptam
Deflemus, simul æternum & deflebimus æuum.
Ah quantum uisa est superis æquanda deabus
Virtute, & forma, quantum ceruice decenti
Mortales superare habitus; quantumq; serena
Fronte decens, etenim pulchrum mitissima cœlo
Concordi affectu formarant numina corpus

Addiderantq; oculis diuinum spargere honorem
Vtq; solet diana, choros quum per iuga cynthi
Exercet, reliquas omnes quæ deinde sequuntur
Incessu, illustri & uirtute excedere nymphas,
Vtq; iouis coniunx socias supereminet omnes
Nec sibi bis septem præstanti corpore nymphæ;
Cydippe, clioq;, taliaq;, cymodoceq;,
Nisæe, & formosissima deyopea
Aut ullæ ex reliquis formæ certamine facto
Obijciunt sese, nec iussa implere recusant,
Talis laudenses inter pulcherrima nymphas
Albula erat, taliq; illam dum uita manebat
Virgineæ comites ad sydera honore ferebant,
Tu uero scelerata, & diro plena furore
Vt primum pulchros artus, orisq; figuram
Aut ueneri similem, aut nympharum sanguinis uni
Hausisti furijs correpta, acriq; dolore
Continuo scelus indignum, sortemq; nephandam
Mente agitas, uix ætatis tria lustra peregit
Hec uirgo, & qua iam teneris uirtute sub annis
Incedit, quanta est morum illi gloria, quantus
Sydereæ ceruicis honos, si creuerit ætas
(Nam mores pariter crescent, & uiuida uirtus)
Insignem famam æternos extendet in annos:
Aut illam si quis magnorum forte deorum
Aspiciet (neq;.n. terris hæc digna uideri
Sed cœlo debet) subito correptus amore
Accipiet propriam, claris atq; inferet astris,
Vt quondam multas cœlo iunxere potentes

Cœlicolæ, quas hæc diuali uincere forma
Posset, & insigni uirtute æquare uirago;
Sic effata ferox crudeli pectore totas
Cœpisti furias pulchrosq; in uirginis artus
Extemplo uirus rabidum, pestemq; ferocem
Sparsisti, tali lætans furiosa triumpho.
Eor. Vix possum cohibere altos cyllenie risus.
Mer. Et mihi tanta cient splenis conuicia fibras.
Poe. Ac ueluti quum flos nuper succisus aratro
Seruat adhuc proprium placida sub morte nitorem
Sic pulchros uultus, formam sic prorsus eandem
Albula seruauit, qua dum foret illa superstes
Vna inter nymphas poterat formosa uideri,
Non tamen hoc penitus debes gaudere triumpho
Inuida; namq; aderunt alto qui carmine laudes
Egregias dicant, Nomenq; in sæcula seruent,
Ipse autem (quando nil ultra deniq; restat)
Hoc saltem nymphæ signabo carmine saxum
Inuidiam tibi facturo, olli semper honorem,
Gloria nympharum tumulo iacet albula in isto
Fortune inuidia teneris extincta sub annis
Non tamen ingentem perfert fortuna triumphum
Aeterno quoniam nomen celebrabitur æuo.
For. Communi ut uideo cyllenie forteperempta
Creditur, obscurasq; herebi petijsse tenebras
Clara nurus ueneris, pulchriq; cupidinis uxor:
Sed non parua quidem est iniuria, si addita cœlo
Nympha sua uirtute, alijsq; æquata deabus,
Tartaream ad sedem stygia conuecta carina

Credatur

Credatur, meritiq; illi haud referātur honores
Quare atlantiades quæſo deſcende per auras
Aerias, & te laudenſem perfer ad urbem
Olli coniugium cœleſte altoſq; hymeneos
Cœlicolumq; refer ſtructas ex ordine pompas.
Nonpoſſum mea diua modo deſcendere ad ullam Mer.
Terrarum regionem, alti parere parentis
Eſt opus imperio, qui nunc me humentia regna
Neptuni, liquidaſq; domos accedere iuſſit.
Quæ tanta eſt pelagi fluctus nunc cauſa petendi? For.
Ergo aberas quum cōcilium pater ipſe uocauit Mer
Cœlicolum, uarijs implerant quæſtibus auras
Mortales, multiſq; onerarant æthera uotis
Quum meus ipſe ſator cœlo proſpexit ab alto
Tellurem arentem, & ſitientes protinus agros
Vidit precipue quod longa cucurbita uentrem
Dillatare ſuum tanto non poſſet in æſtu,
Tunc ergo indoluit nimium, & miſeratus ab alto eſt
Conciliumq; uocat diuum, uenere uocati
Cœlicolæ, tandem Neptuni ego mittor ad undas
Ipſum oraturus, celeres ut deniq; aquoſis
Excitet e ſtratis nubes, & in æthera mittat
Arentes ualidis ſaturētur ut imbribus agri.
Haud iniuſta quidem eſt (fateor) tibi cauſa petendi For.
Neptuni maria, atq; iouis parere neceſſe eſt
Imperio, uerum tibi non mora longa futura eſt
In primiſq; uolo te noſtra faceſſere iuſſa
Vade age & allatis decurre per æra plantis.
Poſtq̃ diua iubes, celeres tua iuſſa per auras Mer.

Exequar, en etiam pedibus talaria dudum
Imposui, iam diua uale, me plurima semper
Iussa onerant diuum, & quicquid fandi atq; nephãdi
Mente agitent, ego mox descendo per æres magnũ,
Vrbs in pñti laudi, uastumq; petendum
Est pelagus, nec adhuc ullos in nigra caducos
Tartara perduxi, uereor ne iurgia clotho
Plura paret, properet quum iam sol pronus ĩ undas.
Fortunæ tamen in primis mandata facessam.
Et laudi subito descendam in tecta uolatu.
En nobis urbem: ille etiam suspiria certe
Ingeminat, crebosq; trahit de pectore demens
Singultus, inuadam hominem, quid inania misces
Iurgia & ignarus rerum tam fœda uolutas?
Me fortuna tibi celeres hæc dicta per auras
Ferre iubet, nostrum cur tam diro ore lacessis
Numen, & hæc in nos cur irrita iurgia iactas
Nescius in domibus fuerint quæ gesta deorum?
Albula connubio pulchri lætatur amoris
Sublata ad cœlum, & reliquis æquata deabus,
Poe. Quis mecum loquitur, quæ me cœlestis imago
Terrificat? non fert acies humana deorum
Conspectum, subitusq; mihi tremor occupat artus.
Mer. Nempe ego mercurius, cœlo quem misit ab alto
Diua potens, quid adhuc trepidas, audacia cessit
Quo tibi magna modo? uerum depone timorem
Aduení, ignarus ne posthac talia iactes
Neue nurus ueneris, pulchriq; cupidinis uxor
Descendisse herebi manes credatur ad imos.

Da ueniam quæso maiæ certissima proles
Quando me nimium hæc fari dolor altus adegit
Ignarum in domibus fuerint quæ gesta deorum.
Verum effare precor, non formosissima psiche
Connubio pueri fruitur? cur ergo secundam
Duxit, lex forsan sublata uxoria cœlo est?
Dicam equidem paucis quando fari omnia certe Mer.
Longa mora est, prohibentq; mei mandata parentis,
Alligerum gremio puerum cytherea fouebat
Deposita haud longe pharetra, mellitaq; sæpe
Cinnameis nato labris dabat oscula mater,
Forte autem genetrix dum sic blanditur amori
Ex improuiso mars adfuit, in ueneremq;
Multa prius fœdo iactans sermone, iacenti
Protinus e pharetra rapuit duo spicula cautus.
Hic igitur pulchram paruo post tempore psichen
Inuasit genitor, traxitq; per ossa furorem
Immensum, nympha & iam non perferre ualebat
Ingentes furias, tantæq; incendia flammæ.
Tandem ne multis tenear, pulcherrima psiche
Succumbit sceleri, & toto fit fabula cœlo,
At mollis nimium furiata mente cupido
Pro tali scelere exclamans, pro talibus ausis
Ante iouem miseros fundebat pectore quæstus
Nec lachrimis caruere genæ, pueriliter ortis.
Ipsum autem pœnas martem poscebat in omnes,
Ex superis uero multi risere uidentes
Confectum proprijs puerum sic esse sagittis.
Tantum pulchra uenus, simul & formosus apollo
Concussis hæsere animis, nam candida uultum

Demisit cytheræa graui persusa rubore
Et torui secum repetens conuicia fabri
Immensis uero furijs correptus apollo
Pro dulci nata, atq; amplexibus inconcessis
Martem iterum genitis acri mandabat aloo
Tradendum, mihi plura minans si fallere rursus
Custodes auderem, & turpia soluere uincla,
Ista tamen melior tandem sententia uisa est,
Pellitur e cœtu diuum furiosus adulter
In tempus, pueroq; aliam datur ampla facultas
Ducendi uxorem, numeroq; in ferre dearum,
Dum latas igitur paruo post tempore terras
Pulcher amor passim cœlo lustraret ab alto
Illustrem nympham uestra conspexit in urbe,
Ille autem primo aspectu immortale putauit
Corpus, & in toto uidi nil pulchrius orbe
Dixit, moxq; illam cœtu plaudente deorum
Vxorem optauit, claroq; inuexit olympo,
Mars uero ex illo terras perturbat, & arma
Per totam ciet, italiam, milesq; superbus
In domibus passim uobis insultat auitis.
Infœlix, quantum mortalia lumina cæcæ
Noctis habent, quantusq; humanis mētibus error.
Incusabam amens diuos conuicia iactans
Illa autem tali reliquis æquata deabus
Coniugio fruitur, magniq; per atria cœli
Incedit fœlix, uerumquæ causa subegit
Hanc primo diuam crudeli occumbere fato
Cui tantum licuit? certe dum uita manebat

Debuerat cœlo atq; astris fulgentibus addi.
Sic decuit, nam si quicq̃ mortale tenebat
Albula, deposuit fatis extincta supremis,
Verum age, nos urgent magni mandata parẽtis.
Ille quidem celeres procul hinc secessit in auras
Interpres diuum, & pariter secum impius error,
Non igitur posthac in diuum talia quemq̃
Iactabo, postq̃ placidissima numina tantum
Humana ex alto curant, nostrasq; hymeneis
Dignantur proprijs, astrisq; micantibus addunt
At tu noster honos formosa cupidinis uxor
Albula cum superis semper lætere deabus:
Nos uero tibi diuinos referemus honores
Aeternoq; tuum nomen celebrabimus æuo.

Errores qui occurrerunt.

HVmaniss. lector quos ex impress. incuria errores depræhendimus, ne forte tibi subnascerentur allucinamenta, subscribere, rem gratam facturos nos censuimus. in pompeiana. folio. iii. ultrices ĩ fonte. lege fronte. folio. xii. spõcula. lege pocula. in epigrammatibus. folio. i. tũ quoq; sancta. lege. tu quoq;. folio. v. at non diffiteant, lege diffiteor. ubi uero pompeana, pompeo, lege pompeiana, pompeio. ubi caelum, lege coelũ. ubi faedus, lege foedus. ubi hæc. lege hec. cætera huiusmodi spõte, ommisimus, quia apud æquum palemonẽ, parui sunt momenti. uale.

Bartholomeus. philippineus. recensuit.

Idem Barth. philipp. ad candidum lectorem.

Andidiſſ. lector, quum nullus, tam circumſpectę ſit diligentiæ, tam tornati examinis, tam lynceus, tamq; oculatus argus, qui aliquando ingruente nouarum rerum ſerie; curioſus parũ nõ adpareat, nõ mirandũ eſt, ſi ipſe cæcutiẽs, ac alter tyreſias uidear. nã quum impreſſ. poſt primam caſtigationem aliquid iterſtitij conceſſiſſent. maphei uegij carmina aliquanto diligentius, trutinaui (nam multa inerant, quæ propter temporis longitudinem uix percipi poterant) & in. folio. xi ubi tellus duriſſima fontem, inſcribitur, rectius frontem debere legi, dijudicauimus. in albula circa finem, Ille quidem celeres. ibi inducas poetam loquentem. Vale.

Impreſſum Mediolani per Ioannem de Ca
ſtilione impenſis andree calui Anno
Dñi. M.D.XXI. Die. xi. octobris.
Regiſtrum omnes ſunt duerni